61600

Super prædicti Citati et bonis eius omnibus Octingentum
Marcarum polon. Sub pœna banitionis præsentibus interposita decer
nit Decreti præsentis vigore.

A. Pascik de Zanie

Lucrum

Super Citationem literalem Castren. Capital. Bransceen. tenoris talis Franci
scus Joannes in Klecon Lesnowolski Bransceen. Capitaneus Tibi
Nobili Alberto Dobczyk Oledzki ex omnibus bonis tuis vigore Regio
et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut in Judiciis vigore Constitu
tionis Anni Millmi Sexmi vigesimi primi Sub tempus motionis publ. belli
cæ feria Secunda post datam præsentis Citationis proxime in Curia Regia
Bransceen. celebrand. plane et peremptorie compareas Ad instantiam Insti
gatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Honesti Alexii Pascik de Za
nie Subditi Sacræ Regiæ Maiestatis Capitaneatus Bransceen. Actoris
qui te inhærendo Constitutioni Anni 1621 Sub tempus Generalis motionis
et expeditionis bellicæ Sancitæ in vim termini tacti peremptorie citat ideo
Quia tu in Contemptum legum publicarum Securitatisque domesticæ tempo
re publ. motionis bellicæ sancitæ quo summa pax et tranquillitas
observanda est tu eidem actori sine legitima causa vulnera vulnera
Officio Castren. Bransceen. monstrata intulisti in quibus te vult con
vincere quæ sibi taxat ad triginta marcas petoris per quod pœ
nas legum Succubuisti ad quas sup. te decernend. et obtinendas Citans
Judicaliter Sis terminum attentaturus et responsurus Datum in Curia Regia
Bransceen. feria Secunda post festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ proxa.
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Cuius quidem
Citationis prædefertd. Copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Provi
dus Joannes Sękac ab una integra ante Terminum præsentem Septimana in
bonis Citati proprie posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor
Citatum Supra Nominatum ad officium præsens per Ministerialem Regni Ge
neralem Nobilem Benedictum Przezensky iuridice clamatum et non Comparen
tem in Suo pro toto et Regestri ordine ac admissione officii præsentis incl.
condemnavit. In vim autem eiusmodi Condemnationis Officium præsens Castren. Ca
pital. Bransceen. visa et considerata Citati clamati et non comparen
Contumacia et temeritate iuri communi et affectationi Actoris ac contentis
Citationis inhærendo sup. prædicto Citato et bonis eius omnibus Lu
crum taxæ vulnerum per citatum Actori illatorum decernit
pœnamque banitionis de validitate huius lucri interponit decreti
præsentis vigore.